

*—————
L E O P O L D O
ARCHIDUCI AUSTRIAE
ET MAGNO ETRURIAE DUCI.
—————*

X, age, nam solium, Leopolde, Parentis adibis;
Qui Regum invidia est, gloria, lumen, amor:
Praesidium is musis, patria quia claudit in Urbe:
Quot Tibi sunt fontes, quot juga culta prius.
Cui similis nitido erigitur de marmore moles
Maxima; at in populi pectore major inest.
Sunt tumuli multis, damnat si quaelibet aetas
Aureaque & gemmis obruta signa licet.
Is civem, patremque refert; quia consulit omni:
Nec sua, se verum publica vota manent.
Non metuit, metuique timet; nec poscit amari:
Ast opere extorquet, quo sit amatus amans.
Illi, non illum metuit gens subdita; talis
Sit licet haec, soboles est sua pene sibi.
Consensuque ideo populi dilectus; & aequa est
Audiat ut praesens, ut videatque suos.
Lex vivens, Lex Ipse videns: vel more, vel ore
Instruit, exemplis dat pia jura suis.
Quod regit, est meritus regnum: servitque, jubetque:
Et regnum, regni non simulacra tenet.
Se sua majestas adeo demisit, ut agris
Consulat, & populis: queis jubet arva coli.
Is Leopoldus erit; minime verearisi; & offer
Haec folia: accipiet mitis, ut ore, manu.

